

## IN II. VESPERIS.

Super Ps.

Ant.

vj. toni.

COLLAUDE-TUR Christus Rex gló- ri- æ,

qui per Thomam lu-men Ecclé-si-æ mundum replet

doctrína grá-ti- æ. Ps. Dixit Dóminus Dómino

me-o. e u ó u a e.

DIE XXIX. JANUARII.

S. FRANCISCI SALESII EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui ad animárum salútem beátum Francíscum, Confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti : concéde propítius ut caritatis tuæ dulcédine perfúsi & ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, aëterna gáudia consequámur : Per.

In j. Vesperis fiat Memoria Octavæ S. Vincentii M. (nisi transferenda fuerit) per Ant. Sacram., V. Glória et honóre. et Orationem Adéstō., pag. 414. et pag. 415. Item in j. Vesperis fiat Memoria S. Pauli primi Eremitæ.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnítate lætíficas : concéde propítius ut cujus natalítia colimus & étiam actíones imitémur : Per.